



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Qui census sint priuato arbitrio constituti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Secundò, sunt census humano arbitrio constituti, 2:
 ut cum aliquis dat centū florenos super fundum ali-
 quem, id est, agrum, vineā, hortum, &c. ut quotannis
 venditor fundi restituat emptori quinquaginta aut
 sexaginta florenos secundū voluntatē & contractū,
 quos emptor ipse potuisset lucrari cum centū flore-
 nis suis: cōmisit autem venditori, ut is negotietur cū
 100. florenis illis: & venditor restituit emptori quot-
 annis tot florenos aut certos fructus. Hi contractus
 sunt liciti. Nam venditor posset totum fundum ven-
 dere, ergò & partem, & manet natura emptionis: sal-
 tem fundus talis sit, ut sustinere possit hoc onus, &
 quòd seruetur in emptione mediocris æqualitas.
 Sic Ioseph emit regi omnes agros & fundos Aegypti
 Genes. 47. ut populus omnis de his fundis daret regi
 quintam partem fructuum, alias partes ipsi retine-
 rent ad suam necessitatem. Non est autem ibi usura,
 ubi supra mutuum nihil aliud sperare licet, Matth. 5.
 Sed est vera emptio, & sunt ibi substantialia emptio-
 nis, scilicet merx, precium, consensus. Tales igitur
 census nō sunt usura: & primum hoc interesse, quod
 habet emptor pro centum suis florenis in fundo vē-
 ditoris, non est iniustum, sed licitum, quia ibi est vera
 emptio, quam admittit Euangelium & approbat, si-
 cut alias ordinationes politicas.

Tertiò, qui volunt iusta conscientia exigere cen- 3:
 sus, idq; ut non lædatur charitas proximi, & ne videa-
 tur locupletari velle detrimento alterius in secundo
 interesse, oportet seruetur æqualitas & mediocri-
 tas, ita scilicet, ut sic fructus fundi exigantur secundū
 conditionem aut fertilitatem fundi vel agri, aut se-
 cundum quod fortuna venditoris contigerit, ut aëris
 intemperies, fulgura, diluuium, ignis, animalium &
 bonorum exitium, infirmitas ipsius venditoris, qui
 laborare non potuit, ut sunt varij casus infortunio-
 rum qui accidunt. Quòd si tunc emptor strictè & sine
 R modè: